

brevitate deformes. Numquid et non eius vindicta afficiet Britones^a, Germanicos^b et Hyspanos? Colchea^{c.*} Garmentis^d exules eius excipiet^e, Gethe^f obedient, Syrtes^g indomiti piceique^h Ethiopes tributa persolventⁱ. Indus^k gemmas et aurum in Eneaden munuscula conservabit, ut^l humiliato capite suffragia consequatur^m, sicⁿ et Medi mollesque Arabes ac^o sceptrā Persarum.

Erunt^p itaque^q Danay illorum iugo subpositi, quos profugos agitarant^{**}. Exinde duo leones^{***} fortissimi apud campos Emathios concertabunt, unusque^r superrugiet altero[†] devorato. Inde taurus^{††} pacificus sub leni^s mugitu mundi climata sub tributo concludet. Cuius diebus agnus celestis veniet, de quo inferius distinguemus[†].

nus et Salo narrant. — Gl. 3: locus est, ubi dividuntur quatuor flumina Paradisi.

*) Gl. 1: Colchea regio est seu insula, in qua est mons, cui nomen Garmentis; in qua erat vellus aureum, quod [quia Hs.] fuit causa prime destructionis Troie, quia rex videns animositatem nepotis sui timuit, ne auferat [anferet Hs.] ei regnum. Unde suasit ei, quod iret ad conquirendum ipsum vellus. Et cum applicuisset Troie cum ipso vellere, Troiani deiecerunt eum de porta eorum cum obprobrio et pudore; quare ipse repatrians exercitum congregavit et destruxit Troiam prima vice. In dicto vero monte constituerunt postea Pompeius et Scaurus artum carcerem pro exulibus carcerandis. Et hoc est quod dicit: 'Colchea Gar. ex. eius excipiet', id est Rome. — Gl. 3: Garomentis est mons in Calco [so Hs. für 'Colchi'] insula, que olim continebat velum aureum, cuius virtute Pompeius et Scaurus Pantheon constituerunt, ante ad exilium carcerem construxerunt, ubi Marcum Sebastianum virum illustrissimum cunctam vitam suam relegavit, ibique Lucias secutus (!) sub Antonio Cesare exulavit; demum sub Octaviano Cesare Naso poeta et Lucius maliloqus, natione Sacinatus, diversis temporibus tantum.

**) Gl. 1: Quia destruendo Troiam fecerunt Greci profugos illos qui condiderunt Romam et Grecos servitutis tributarie iugo suppulerunt.

***) Gl. 3: id est Iulius et Pompeius.

†) Gl. 3: id est Pompeio.

††) Gl. 3: id est Octavianus imperator.

a) Britanos 3. 4; Britannos 5. b) Germanos 3. 5 (wo 'et G.')

c) Cholcheaque 3; Cholchea siquidem 2; Clara siquidem 5. d) garomentis, nachher übergeschrieben: al. garmentis 3; gammetis 5. e) exequet 4. f) Gete 2. 5; Gête 3. g) Sices 2; Sirthes 4; et s. 5. h) purique 3; pitrique et 5. i) persolvunt 5. k) iñ 3. l) et 5. m) consequetur 5. n) sicque 4. o) et 1. p) Davor hat 2 die Ueberschrift: Recapitulacio ad subiugacionem Grecorum. q) utique 1. r) inique superurget unus 5. s) levi 2; leonis 3. t) distinguemur 4; 'de — dist.' fehlt 5.